Universitätsbibliothek Paderborn

R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi & benedictae Matris eius meditatione

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. VIII. Affectus virtutum operibus applicantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48934

Visual Library

CAP. VIII.

Deſideria & affectus generales ſingu-latim operibus virtutum applican-di, & præſertim virtuti, qua ma-ximè indigemus.

DECLARATVM cum ſit, quod primarium orationis officium, & præcipuus, quē ex ea haurire debemus, fructus in ſanctos ſcilicet hoſce affectus, & actus virtutum exercere; iam oſten-damus oportet, quomodo iiſdem vti oporteat. Vbi ergo voluntatē Deus in oratione aliquo affectu ac deſi-derio ſancto mouerit, non ſatis eſſe homini debet, in genere hunc affe-ctum habere, ſed per ipſum mox ad particularia opera & exercitia vir-tutum deſcēdat oportet. Verbi cau-ſa, Dat alicui Deus deſiderium ei placendi, ac voluntatis eius implē-dæ; qui eſt affectus amoris, hoc illi deſiderium generale ſufficere mini-mè debet, ſed ad particularia venī-re, & videre in quo pro ſtatu ſuo, &

Praxis affectibus excitatis vtendi, & exercendi actus virtutum, Charitatis ſiue amoris, ad placendū Deo.

pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro boni Chriſtiani officio illi placere queat. & cōſiderare, ſi cōiugatꝰ ſit & familiā alat, placere illi poſsū educando filios in timore Dei, malum illorum caſtigando, virtutum operibus illos applicando, ſeruos meos legem Dei docendo, & ſingillatim inducendo, vt Sacramenta frequentent, vigilando quoque, vt peccandi illis occaſiones & alia ſimilia præſcindam. & in particulari eliciat hoc deſiderium & firmiter hoc agere ſtatuat.

Idque in ſtatu laicali.

Si Sacerdos eſt, cogitet, Ego illi placere poſſum, maiori deuotione & quiete Sacra celebrando, & melius ante me ad eadem præparando, & poſt magis ex animo & diutius gratias agendo, maiori cum ſilentio & recollectione in templo agendo, & diuinum officium maiori corporis reuerentia, & animi attentione recitando: ſeruire quoque illi & placere poſſum opera caritatis exercendo, ignorantes docendo, confeſſiones excipiendo, pauperum neceſſitatibus ſuccurrendo; & in particulari

Eccleſiaſtico:

Religioſo.

ſecum ſtatuat, opere & reipſa ea
exequi. Si Religioſus, cogitet,
placere illi poſſum, melius re
lam meam ſeruando, fidelius ſu
rioribus meis obediendo, pauper
tem magis exercendo. & hoc er
firmiter ſecum ſtatuat.

Cuiuis incipientiũ.

Ad eundem modum cui prim
ſeruire Deo incipienti, datur in
tione ingens deſiderium & affe
ad in virtute proficiendum & in
more diuino creſcendum; is mo
particularia deſcendat & dic
Quid me impedit, quò minus in v
tute proficiam? ratio & experien
dicent, Impedit te tua in bonis ex
citijs ſocordia, inordinatus hono
ris, & æſtimationis ab alijs affectu
nimium erga delicias corporis ſt
dium. Impedit te loquendi qua
habes libertas, ad vanas conuerſ
tiones & noxios affectus, iræ, imp
tientiæ, murmurationis, contentio
nis, & nimiæ pertinaciæ licenti
mox ergo in particulari propoſi
firmum concipiat, hæc impedimen
ta auferendi, & vi eadem abrum
pendi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pendi. hoc ſcilicet eſt à generalibus affectibus & deſiderijs ad particularia deſcendere.

Ad eundem modum, qui conſiderando virtutum in Chriſti vita & Paſſione relucentiũ exempla, illius imitandi, & humilitatem, manſuetudinem, miſericordiam, benignitatem, & temperantiam illius ſectandi, accipit cœlitus deſiderium, non ſatis illi eſſe debet generale harum virtutum deſiderium, ſed particulatim cògitare, quibus humilitatis operibus illum imitari potero? Potero, dando meliorem alijs locum, prius illos compellando, mea non dilaudando, defectus meos non excuſando; & veſtes elegantes reijeiendo: ita & in reliquis virtutibus, ad particulares illarũ actus, in quibus imitari Dominum queat, deſcẽdat. hoc firmiter ſecũ ſtatuat, & piũ hoc propoſitum ac deſiderium validè ſtabiliat. Ita ſcilicet ex affectibus ac deſiderijs ſanctis, quę Deus illi ex miſericordia in oratione dare dignabitur, vtilitatem trahet, & in ve-

Affectum ſequi debet effectus. ſaltẽ in firmo propoſito

ris ſolidiſq; creſcet virtutibus, ma-
tamque meritorum ſegetem colli-
get. ſingula namque deſideria & af-
fectus ſanctos, quibus aliquod vir-
tutum opus exercere ſtatuit, nó ali-
ter recipiet Deus, ac ſi virtutes ipſas
iam exercuiſſet. Nam vt conſenſum
ad malum non minus caſtigat, quam
ſi reipſa patratum eſſet, ita propoſi-
tum boni non minus remuneratur,
quam ſi iam opere id homo cópleuiſ-
ſet. Et licet virtutes omnes aliquo
modo omnibus neceſſariæ ſint, &
eas ſinguli habere contendere debe-
ant: tamen quoniam vno eodemq;
tempore æquali contentione om-
bus quis incumbere non poteſt, &
vnus hac, alius illa virtute magis in-
diget, quòd maiorem natura ad hác
repugnantiam & acriores tentatio-
nes experiatur, propterea ſeruum
Dei par eſt, præſuppoſita generali
illa eius ad omnia peccata & culpas
vitandas contentione, maiori ali-
quamdiu in illa virtute comparan-
da ſtudio incumbere, quam ſibi de-
eſſe & magis eſſe neceſſariam com-

Et hoc remunerat Deus, ac pro facto habet.

Inſiſtendum maximè virtuti qua quis inprimis indiget.

perit, donec illam, quietius firmiuſ-
queposſideat. Et tunc orationem ac
horum myſteriorum meditationem
ad hos potiſſimum affectus & effi-
cacia illius virtutis deſideria elici-
enda dirigat neceſſe eſt. Verbi gra-
tia, ſi deeſſe ſibi patientiam compe-
riat, ad vera, pro Deo moleſtias, ad- Et eò orationem dirigendam.
uerſa, repugnantiaque patiendi, de-
ſideria elicienda, orationem diri-
gat. Si fraternam caritatem, cogita-
tiones dirigat ad affabilitatem erga
proximos exercendam, neminem
quantum quidem licuerit, contri-
ſtandum, & omnibus benè facien-
dum. Tunc autem quis ad tempus a-
liquod, idem propoſitum proſequi-
tur, quando licet myſteria quæ me-
ditatur diuerſa ſint, ex illis tamen e-
licere affectus virtutis quam ambit,
ſtudet. Nam vt, qui ſcientiam ali- Simile.
quam aut artem percallere vult non
hodie vnam, cras alteram diſcit, ſed Licet materia aliã atq; aliã.
ad aliquod tempus vni incumbit,
donec eam plenè aſſequatur: ita qui
benè virtutem aliquam habere deſi-
derat, in illam maximè, per tempus

aliquod incumbere ipſum par eſt, omnes huc actiones, & exercitia, & præſertim orationis dirigẽdo. Hanc autem, quam quærit virtutem, comparando, nullam penitus aliam amittit, nam quoniam illæ coniunctæ & catenatæ ſunt, vbi vnam perfectè nactus fuerit, omnes iam nactus eſt.

CAP. IX.

De attentione ad ſanctum hoc exercitium neceſſaria, deq́ue medijs, quibus ea comparatur.

VT oratio mentalis & horum myſteriorũ cõſideratio prout par eſt, fiat, ſeruus Dei quantum potuerit, elaboret neceſſe eſt, vt in eadem cum attentione & interiori potentiarum ſuarum recollectione ſe occupet: ne ſcilicet à torpore, ſomno & inertia ſe vinciſinat, nec in puſillanimitatem cadat, nec vanis & inutilibus cogitationibus diſtrahatur: ſed corde ſit vigilj, excitato, viuo, & ad ea, quæ meditatur,

Attentio in omni oratione neceſſaria.

atten-